

textum in l. 1. & in l. magis puto s. s. Si fundus ff. de reb. cor. docent. posse rem minoris absque decreto alienari. si testator id permisit, qui eam reliquit. Ratio hujus opinionis est, quia res sic concessa fuit cum ea qualitate incorporata bonis Ecclesie, ex voluntate concedentis cui liberum est etiam non largiri: quo casu constitutionibus alienationem absque solemnitate prohibentibus locus non est. Nec aliqua turpitudine in ea pactione reperitur, etsi utilitati Ecclesie contraria sit; quoniam si hoc ita esset consuetudine introduci nequiret, quod solemnitates juris non servarentur, cap. fin. & quae ibi notantur, de consuetud. Sed potest introduci, ut probavimus sup. n. 19. ergo turpe non est, aut illicitum, itaut rejiciatur; maxime cum voluntas dantis in ultima dispositione vim legis obtineat, Authent. de nupt. s. Disponat, collat. 4. & in re propria quilibet si moderatur, & arbiter, l. in re mandata i. C. mandat.

25 Quamquam alios casus praeteream, vel quia minus frequentes, vel quia communiter non admittuntur; tres singulares adducere libet ex Pellizzario, quorum primum tradit, num. 11. nempe si res proventus inutilis relinquatur Ecclesie: ut Monasterio Monialium bibliotheca librorum ad legalem disciplinam attinentium. Secundum, n. 51. si quid mobile pretiosum emerit Monasterium; credita pecunia, nam si venditor pretium, aut creditor mutuum quod ad id comparandum praestitit postulaverit, poterit ea res absque solemnitate bus; ut solvatur, distrahi. Tercium, nu. 154. si in perpetuum Ecclesie 200. legentur in singulos annos, quia licebit Praelato, repudiare legatum praemissa cum haerede conventionione, ut pro una vice Ecclesie 4000. pendat. Haec probabilitate non carent, saltem ob Doctissimi viri Autoritatem, qui testatur, se consultuisse Neotericos peritia insignes.

Sed de jure oppositum respondendum videtur, nam quoad primam obstat doctrina verissima, quam idem Pellizzar. probat n. 58. videlicet, restituitatem, sive inutilitatem non excusare a juris solemnitatibus; nec refert, quod res sit evidenter inutilis (quo Pellizzar. ibidem. vers. Nec obstat. huic difficultati satisfacit, ) quoniam utilitas evidens Ecclesie, licet causa sit ad alienandum, solemnitates non supplet, Hermosill. cum aliis, dist. gloss. 1. n. 24. Delbene dubitat. 9. tit. difficultatis resolutio, n. 34. ubi optime loquitur, & de necessitate evidenti etiam agit.

Quoad secundum, res, quae emitur pecunia credita: vel habita fide de pretio, nulla afficitur obligatione ad solutionem pretij, sed plene emptori acquiritur, qui solum personali actione tenetur, nisi aliud convenerit cum vendente, aut creditore, ut probavimus, sup. l. 1. cap. 76. n. 53. maxime emente Ecclesia, quae nec expressim possit rem emptam obligare, ut in minore docuit Consult. in l. 1. s. ultim. ff. de reb. eorum, quicquid senserit Gurtier. de tutel. par. 2. cap. 5. ex n. 36. Quare ad alienationem rei causa solvendi pretium ejus, non minus solemnitates requiruntur, quam si alia res Ecclesie venderetur, & praeterea possit Ecclesie interesse potius aliquid aliud distrahere ad solutionem, quam quod emit iterum alienare.

Quoad ultimum, dubitari non potest, quin actus ille simulatus sit in fraudem legis qui subsistere non potest; licet enim Praelatus repudiet legatum verbis; in re illud acceptat; & acceptatum haeredi vendit pro annuis redditibus aequivalentem pecuniam praesentem recipiens; & cum haec veritas sit, secundum eam de actu judicandum est; non juxta id, quod machinatur, ac fingitur fraudandae legis causa, l. 1. & per tot. Cod. p. v. v. quod agitur.

Ubi autem Pontificis desideratur assensus, alienatio non tene, etsi fiat sub conditione: Si Papa praestiterit assensum. Quia procedere debet, cum pro forma in actu sit necessarius, Panormitan. in cap. nulli, de reb. Eccles. Dian. part. 3. tract. 8. resol. 77. Pellizzar. num. 107. Delbene dub. 1. nu. 44. Bonacin. punct. 4. num. 5. & ita declarasse Clementem VIII. testatur Marc. Anton. Genuens. in prax. Neapolit. cap. 44. qui tamen contrarium sentire videtur, cap. 88. nu. 4. cum Riccio sup. decis. 56. Rodrig. question. R. gul. tom. 1. qu. 27. art. 9. & Quaranta, nu. 34. qui formam tradit, nu. 10. qua sic valide possit alienari. Quae sunt intelligenda secundum dicta sup. cap. prox. nu. 64. de nullitate alienationis ex defectu solemnitates. Ad quem periculum rei spectet, si pereat ante assensum impetratum, docet Pellizzar. num. 176.

Ibi: Quibus in locis commemoratio.

Ad validam rerum Ecclesie alienationem unicus sufficit tractatus, sive conferentia, nisi aliud observet consuetudo, Cardinal. Tusch. lit. T. conc. 336. n. 12. Molin. n. quinto, in fine. Castill. d. d. cap. 54. nu. 14. Cast. Palao, sup. punct. 15. s. 2. numer. 9. Hermosill. in dist. 1. 15. glo. 1. num. 50. tit. 5. part. 5. Delbene dubitat. 9. tit. difficultatis resolutio. nu. 2. Ricc. decis. 51. Bonacin. sup. num. 70. 1. vers. Quod sufficit, Avendann. de censib. cap. 76. n. 5. Pat. Vazq. dub. 12. Rebuff. sup. num. 81. Pellizzar. nu. 117. in fine.

Ibi: Item & in alienandis rebus Ecclesia inferioris.

Si Episcopus velit, ut principalis Author, rem Ecclesie inferioris alienare, Capitulum debet intervenire ad tractandum de alienatione, & consentiendum, perinde ac si bona Cathedralis forent distrahenda, Molin. d. d. 468. nu. 14. Tusch. lit. A. conc. 271. nu. 53. Bonacin. n. 10. vers. Adde cum praedictis Ricci. decis. Delbene num. 23. Quo casu si Ecclesia, cujus bona alienanda sunt, Rectore careat defensor ei assignandus erit: ut ipsam teneatur Hermosill. nu. 54. Bonacin. nu. 9. vers. Quod si Ecclesia, Rebuff. sup. n. 89. Delbene, n. 20. Molin. ubi proxime.

Ibi: Alsi alienatio fiat per ipsius Ecclesie Rectorem.

Si Rector Ecclesie inferioris velit rem ejus alienare, tractatum habere debet cum beneficiariis, sive Collegio Clericorum, quorum consensu praecedente, autoritas Episcopi impetratur: quod si in ea beneficiarij, vel Collegium non sit, sufficit, quod Praelatus assensum praestet, nec Capituli Ecclesie Cathedralis tractatus, aut consensus requiritur, Castill. d. c. 54. n. 22. Pat. Vazq. sup. n. 42. Hermosill. & Molin. ubi proxime, Bonacin. nu. 9. Avendann. sup. n. 5. Delbene n. 4.

Ibi: Et licet Innocentius in cap. 1. de transactionibus.

Episcopus alienationi auctoritatem accomodat, non in modum decreti, sed, causa cognita, consensus praestat, Vazq. sup. ubi quid haec inter se differant, Molin. nu. 4. Quamquam communiter decretum esse interponendum asseratur, Ricc. in prax. for. Ecclesiastic. decis. 80. alia 94. Pet. Gregor. n. 6. August. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 95. nu. 35.

nu. 35. & alij. Consensum a decreto in eo distingui tradit Glos. verb. tractatus, in c. 1. de reb. Eccles. in 6. & Sylvest. in summ. verb. Alienatio, quest. 2. quod ille est multorum voluntas, ad quos res pertinet, conjuncta: decretum vero est sententia, quas Iudex declarat, contractum justum fore, suam interponens auctoritatem, de quo consule Caldas in l. si curatorem, verb. contractu, num. 22. vers. Et quia, C. de integ. restit. ubi differentiam tradit inter consensum, licentiam, decretum, & auctoritatem. Praxis, quae servatur per Episcopos in auctoritate praestanda, docet Ricci. sup. decis. 94. alia resolut. 80. Aug. Barbof. ubi proxime.

31 Contingit, ut bona alienanda in una dioecesi sint sita, & Ecclesia ad quam pertinent in altera, ex quo dubitari solet cujus consensum Rector, qui alienare intendit, debeat postulare: & verius, ac receptius est, Episcopum in cujus jurisdictione Ecclesia extat, auctoritatem esse interpositurum, nec desiderari, quod consentiat ille, in cujus dioecesi bona sunt sita, ut notat Bald. in authent. hoc jus porrectum, col. 4. C. de Sacrosanct. Eccles. Felin. in cap. dilectus 29. col. 6. vers. Septimo, de rescript. Glos. in cap. hujusmodi, verb. Duos, 10. quest. 2. Tusch. dist. conc. 271. num. 67. licet contrarium probet Glos. verb. Episcopi, in cap. in venditionibus 40. 17. qu. 4. per textum in l. si praedium 16. C. de praed. minor. cui consentit Pet. Gregor. dist. 1. 25. cap. 8. nu. 17. dum resolvit, tutius esse, quod ab utroque praestetur auctoritas: sed certe diversa est ratio in alienatione rei Ecclesie, & minoris quoad hoc; nam in rebus Ecclesie distrahendis, desideratur Superioris assensus, quod solum refertur ad personam alienantis: in alienatione immobilium minoris requiritur decretum Judicis competentis, quod respicit tam personam, quam rem, quia ratione loci ubi res sita est, competit jurisdictio, quoniam de ea tractatur, l. fin. C. ubi in rem actio cap. fin. de for. compet. l. 32. vers. La quinta, tit. 2. part. 3. late Carleval. de judic. tom. 1. dist. 2. n. 143.

Ad Num. 2.

32 Ut alienatio rerum immobilium, aut mobilium pretiosarum Ecclesie, quae servando servari possunt, subsistat, duo simul concurrere necesse est, & justa alienandi causa, & solemnitas jure praescripta, Gregor. Lop. in l. 63. glo. 1. tit. 18. part. 3. Delbene sup. dubitat. 20. n. 1. Castill. de usufruct. cap. 54. num. 8. Bonacin. sup. punct. 4. nu. 14. Mascard. d. conc. 75. num. 6. Molin. dist. 468. num. 15. Lotter. de re beneficiar. l. 1. quest. 28. num. 4. Ricci. sup. decis. 12. num. 1. Pat. Vazq. dist. dub. 12. nu. 39. Hermosill. ubi proxime, nu. 21. Cevall. commun. tom. 1. quest. 675. n. 14. Pellizzar. nu. 123. Tusch. lit. A. conc. 272. in princip. & alij plurimi apud Aug. Barbof. in collectan. ad c. 1. n. 10. de reb. Eccles. in 6.

33 Quod adeo verum est, ut quamvis assensus Pontificis omnes juris solemnitates supplere valeat, prout dictum est sup. num. 17. causae legitimae defectum non tollit, nisi id expresserit; Delbene dubitat. 9. tit. difficultatis resolutio, Hermosill. d. glo. 1. nu. 86. Quarant. in summ. Bullar. verb. Alienatio, nu. 7. Pellizzar. nu. 124. Redoan. de reb. Eccles. quest. 22. n. 75. Bonacin. sup. n. 7. Rota decis. 178. nu. 2. part. 2. diversor. Sed si nulla subsistat causa alienandi, nec Summus Pontifex valet pro libito bona Ecclesiarum alienare, maxime si in laicos transferantur, Tusch. d. conc. 271. n. 50. fuse Delbene dubit. 27. ubi resolvit, alienationem factam a Pontifice sine causa in Ecclesiam, esse injustam; in laicos nullam: poenas tamen contra alienantes

statutas non incurri. Illud autem quod ex aliis insinuavimus, scilicet assensum Apostolicum causae supplere defectum, si exprimat, accipiendum est, quando aliqua subest causa, de qua dubium est; an legitima sit, vel sufficiens; quoniam tunc Pontifex poterit eam justam arbitratus, alienationi assensum praebere, non obstante defectu: ut saltem inter Ecclesiasticos valida sit alienatio: de quo est omnino videndus Bonacin. sup. punct. 5. s. 2. per tot.

Ibi: Nam quod alienatio.

Adversus communem supra traditam opinionem sunt qui sentiant, alienationem cum solemnitatibus celebratam mero jure valere, quam Ecclesia beneficio restitutionis in integrum poterit impugnare; ut videre est apud Cevall. ubi proxime, qui fundamenta, & auctores adducit. Illa tamen tenenda est.

Ibi: Cui considerationi responderi poterit.

Adde Delbene dub. 10. n. 3. Molin. n. 15. Vazq. 35. dub. 11. n. 39. & hujus doctrinae exemplum extat in cap. ad nostram 11. de reb. Eccles. de cujus intellectu actum est sup. l. 1. cap. 3. nu. 5. 54. 94. ubi contractus cum legitima causa celebratus fuit, & nihilominus Monasterium adversus eum restituitur propter laesionem, & ita intelligi debet cap. 1. de integ. restituit.

Ibi: Sed & opinio posterior potest procedere.

Alienatio rei Ecclesiasticae ex causa; quae justa putabatur, quamvis in re talis non sit mero jure valet, obnoxia tamen est, ut beneficio restitutionis rescindatur: facit l. ult. C. si advers. vendit. notant Molin. ubi proxime, vers. Observa tamen, Tusch. lit. A. conc. 272. n. 8. Vazq. ubi proxime, Ricci. sup. decis. 15. Bonacin. punct. 3. n. 5. Pet. Gregor. d. cap. 8. nu. 5. in fine, Pellizzar. nu. 135. Tament contra sentiat Delbene sup. nu. 4. 5. cum Navarro in comment. de alienat. rer. Eccles. nu. 9. & aliis, qui existimant alienationem esse nullam.

Ibi: Aptius sane & melius defenditur opinio.

Quoties in alienatione honorum Ecclesie solemnitates juris intervenire constiterit, etiam justa causa ad fuisse praesumitur, nisi contrarium probetur, Mascard. d. conc. 75. n. 11. vers. Hic tamen advertit. Delbene dubit. 9. n. 17. Pet. Greg. n. 6. Molin. sup. vers. Item quando constat Redoan. quest. 78. Bonacin. ubi proxime, vers. Adde in dubio Lotter. sup. nu. 41. Pellizzar. ubi proxime, Tusch. d. conc. 271. n. 25. 26. Layman. in Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. c. 5. s. 4. nam ubi in quocumque actu decretum, aliaque solemnitates juris intercedunt, omnis fraudis suspicio excluditur, ut late probat Menoch. de praes. l. 2. praes. 75. per tot. & lib. 3. praes. 84. n. 5.

Rursus ubi solemnitas deficit, causa alienandi justa fuisse non creditur Bald. in l. quocumque, vers. Scias tamen, C. de bon. que liber. Tusch. ubi proxime, Mascard. sup. vers. Secundo, intellige, Menoch. de praes. 84. nu. 6. Sed solus intervenisse praesumitur, Menoch. de praes. 75. a princip.

Ad Num. 3.

Ut alienatio rei immobilis, aut mobilis pretiosae, pro aere alieno solvendo subsistat, duo verificanda sunt; tum quod pecunia mutuata expensa fuerit



in Ecclesie cuius res est, utilitatem; tum quod premium creditori fuit solum: utrumque docet Delbene, prius *dubit.* 20. n. 6. posterius, *dubit.* 9. n. 20. & Hermosill. in l. 1. §. 1. nu. 33. tit. 5. part. 5. Pet. Greg. d. c. 8. n. 4. 8. sentiunt Amat. *variar. resolut.* l. 1. resolut. 3. n. 55. gratian. *disceptation.* c. 45. nu. 34. 35. Mascard. tom. 1. conc. 617. nu. 1. Molin. de primogen. l. 4. c. 4. nu. 20. 21. Sed si res distrahatur causa utilitatis, vel pietatis, necesse non est, probare versionem pretij in causam, propter quam fuit alienata, ut advertunt Hermosill. Amat. Gratian. & alij ex præcatis. Quomodo autem probetur? dicendum est statim cum *D. Covar.* suo loco, & secundum hanc distinctionem Rotam iudicasse testatur gratian. *ubi proxime.*

Sed quæret aliquis cur satis non erit, quod emptor probet premium creditori Ecclesie esse solum, cum sic constet, fuisse in illius utilitatem conversum: cui respondetur, non esse verum pecuniam in commodum Ecclesie cessisse, quamvis illi, qui mutuarit, solvatur quoniam cum Ecclesia non teneatur ex mutuo; quod in ipsius utilitatem conversum esse non appareat, ut mox probabitur; nihil sui interest, ut creditori solvatur, nisi talis sit, ut possit adversus Ecclesiam experiri. Igitur ad justificandam alienationis causam, quæ ad solvendum creditoribus Ecclesie, sit necessariò desideratur, quod probetur pecunia, quæ solvenda erat, in utilitatem illius fuisse conversa; alioqui ex defectu causæ alienatio non tenet; Delbene *dubit.* 20. nu. 6.

Quod limitandum est, cum credita pecunia in Ecclesie utilitatem præsumitur esse non diversa; (cui præsumptioni quando locus sit? ex sequentibus apparebit) tunc enim satis erit, si emptor probet, premium quod dedit, creditori fuisse numeratum. Sed si emptor possideat, nec hoc probare cogitur, quia agenti incumbet probare premium in Ecclesie utilitatem expensum non esse; Menoch. de *presumpt.* l. 3. *presumpt.* 55. n. 2. Socin. Sen. *conf.* 15. n. 26. *vers.* Sextò probatur, l. 1. Abbas Panormitan. in cap. 1. nu. 9. de deposit.

Ibi: *Id evidentiùs constat ex eo.*

41 Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi creditor probet; pecuniam in ejus utilitatem esse conversam, cap. quod quibusdam 4. de fidejussorib. Gregor. Lop. in l. 3. §. 2. tit. 1. part. 5. Delbene *sup. dubitat.* 20. n. 6. Redoan. de reb. Eccles. rubric. an & quando ex mutuo oblig. Eccles. quæst. 4. n. 1. P. Vazq. *dub.* 11. n. 40. Trentacinq. *variar.* l. 2. tit. de actionib. resolut. 1. n. 1. Pat. Molin. *disp.* 300. n. 2. Fachinæ *controv.* l. 2. c. 77. cum seqq. Menoch. de *pres.* l. 3. *pres.* 29. n. 36. & de *arbitr.* cas. 432. à princip. ubi latissime, Tusch. *lit. P. conclus.* 506. n. 3. Joan. Matienç. in leg. 22. §. 2. nu. 2. tit. 11. l. 5. Recopilat. Hermosill. in l. 3. §. 2. n. 1. tit. 1. part. 5. Pet. Rebuff. in *compend. de alienation. rer. Eccles.* num. 39. Joseph. Mascard. de probationib. *conclus.* 1165. n. 3. Stephan. Gratian. *disceptation. forens.* tom. 1. cap. 45. nu. 1. & cap. 94. nu. 46. Seraphin. *decis.* 366. nu. 3. Avendann. de censib. cap. 64. nu. 5. Roderic. de annuis redditib. l. 1. quæst. 14. nu. 33. Nicol. Mozz. de contractib. tractatu, de mutuo, cap. quomodo deficiat; seu resolvatur, & finiatur mutuum, n. 7. Cardin. Francisc. Mantic. de tacitis, & ambiguis conventionib. l. 8. tit. 6. nu. 13. Prosper. Farinac. *decis.* 301. nu. 12. part. 1. Leonard. Less. de *justit. & jur.* l. 2. c. 20. *dubitat.* 2. nu. 12. Rebellus de obligation. *justitia.* parte 2. lib. 8. de *usur. quæstio* 1. section. 3. num. 1. 23. Augustin. Barbof. in *collectan. ad authentican.* hoc jus porrectum, num. 14. d. Sacrosanctis Ecclesiis. Idem in contractu observandum esse notaverunt Felician. de censibus, lib. 2. cap. 3. nu. 9. D. Joan. Del Casill. in tractatu cap. 54. n. 27. in fine, Hermosill. *ubi proxime:* nu. 32. Et illud in aliis contractibus cum Ecclesia celebratis locum non habere, sed in mutuo specialiter admittum esse, advertit Jacob. Menoch. alios referens *conf.* 114. nu. 8. l. 2.

Ibi: *Sed hoc verum est, ubi mutuum datur administratori.*

Si pecunia in mutuum detur Prælato simul, & 44 Capitulo Ecclesie, vel Rectori, & Deturionibus Civitatis præsumitur in earum utilitatem conversa, atque ideo ad solutionem, obligantur, nisi contrarium ipsæ probaverint, secus si soli Prælato, aut Rectori, sub qua distinctione accipi debet præcedens communis conclusio, ut docent Tusch. *dist. conc.* 506. nu. 26. & conc. 507. nu. 5. Mascard. de *probat.* tom. 1. conc. 582. n. 1. cum seq. Menoch. de *arbitrar.* cas. 432. n. 3. Mantic. de *tacit. & ambig. convent.* l. 8. tit. 13. n. 9. Gratian. *disceptat. forens.* cap. 196. n. 1. cum seqq. Trentacinq. *ubi proxime,* n. 2. *vers.* Prima opinio, Azeved. in l. 6. nu. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Fachin. *sup. cap.* 78. *vers.* Contraria sententia, Idem de Civitate probat Molin. *sup. nu.* 4. & alij apud Hermosill. in d. l. 3. ex nu. 2. Tamen contrarium de jure Regio servandum asserit quoniam Civitates non sunt liberae, maxime si ad distractionem immobilium propter æs alienum deveniendum sit; quod cum pluribus docet Bobadill. in *Politic.* tom. 2. l. 3. cap. 8. nu. 87. qui advertit, hoc in facultatibus Regis quæ ad obliganda bona Civitatum expediri solent, clausulam inseri, quod *creditor revelatus maneat ab onere probandi versionem pecunie in Reipublica utilitatem.*

Præfata conclusio ampliatur, ut procedat in mandatio, qui à prælato & Capitulo facultatem habet ad recipiendum mutuum Ecclesie nomine; nam intra permissam quantitatem creditor exigere pecuniam ab Ecclesia poterit, quamvis non constet de conversione in utilitatem, Mascard. d. *conc.* 582. n. 4. Molin. nu. 9. Trentacinq. *sup. nu.* 6. Mantic. nu. 10. Menoch. d. *cas.* 432. n. 25. 26. Quod limitat Molin. in habenti generale mandatum ad recipiendum mutuum absque summæ præfinitione. Sed si absque mandato ex ordinatione Ecclesie pecunia recipiatur, creditor probare tenetur pecuniam in Ecclesie utilitatem cessisse, Menoch. *num.* 32. apud quem plures casus, quibus res ista ad amulsum aperitur.

Ibi: *Verum quia hæc Bartoli distinctio.*

Distinctio Bartoli, quam tradidimus *sup. n.* 42. 44 communiter rejicitur, quando ad solutionem creditæ pecunie: necesse est ut ad alienationem pretiosorum mobilium vel immobilium perveniat, tunc enim quamvis pecunia Prælato, & Capitulo mutuo, tradatur, adhuc creditor probare debet in Ecclesie utilitatem cessisse mutuum, ut illud, distractis præfatis rebus, repetere valeat. Ita docent post Panormitan. Archidiacon. & Alber. Greg. Lop. in d. l. 3. §. 2. tit. 1. part. 5. Molin. n. 5. Matienç. *sup. d. §.* 2. n. 5. & alij, quos laudat Hermosill. d. §. 2. n. 2. & Menoch. *ubi proxime,* n. 7. Et è contra si ad venditionem eorum bonorum deveniendum non sit, quamvis soli Prælato mutuentur, creditor non astringitur ad probandum, pecuniam pro Ecclesie utilitate consumptam esse; Mantic. *sup. dist.* tit. 13. n. 10. 13. 14. Trentacinq. *ubi proxime.* n. 5. Hermosill.

Hermosill. n. 23. Molin. n. 6. à qua sententia neminem discrepare testatur Menoch. eam sequutus, n. 17. Sed loquitur vivo regenteque Ecclesiam eodem, qui mutuum accepit.

45 Hæc profectò, sub Doctissimorum Interpretum venia non arident; & quoad primam partem; scilicet omnino requiri probationem versionis mutue pecunie in Ecclesie utilitatem, si de alienatione rei pretiosæ ad ejus solutionem agatur, fundamentum quo Molin. & sequaces nituntur, non est solidum: aiunt enim, quod cum ad earum rerum alienationem evidens desideretur utilitas, talis evidentiæ repetiri non potest, nisi appareat, pecuniam in Ecclesie non commodum fuisse conversam.

Hæc inquam ratio solida non est, quia ad hujusmodi alienationem tunc requiritur utilitas evidens, quando ex causa utilitatis fit; non ex aliis, veluti pietatis, aut necessitatis; sufficit enim quod hæc urgeat, nec aliunde succurri ei possit, ut videre est apud DD. laudatos *sup. cap. prox.* nu. 80. si igitur ut adversarii volunt Ecclesia obligatur ex mutuo à Prælato solo vel cum Capitulo accepto, si res pretiosa ad solutionem non vendatur, non erit utilitatis, sed necessitatis causa atque ita de utilitate evidenti curandum non est, cum adit justissimus ad alienandum titulum, nempe æris alieni solutio, l. 1. tit. 14. part. 1. *authent. hoc jus porrectum.* C. de Sacrosanct. Eccles. Pet. Gregor. *sup. lib.* 25. c. 8. n. 4. Imò dici jure potest, rem alienari in evidentem Ecclesie utilitatem, si pretium solvatur creditori, cui saltem ex fructibus satisfacere tenebatur.

Nec in contrarium adducere nos debet consideratio Molinæ: videlicet quod admissa Bartoli opinione, sequeretur, quod prælati, & Capituli in potestate foret immobilia pro libito alienare in Ecclesie dispendium; accipiendo mutuum pecuniam, eamque in usus ei neque utiles neque necessarios expellendo, per quod ad alienationem necessariam deveniretur pro satisfactione æris alieni, quod illi fecerint.

Quoniam responderetur primò hoc evenire per consequentiam; quod attendi non solet, l. 1. ff. de *authoritat. tutor.* Secundo, non præsumendum de Prælato, & Capitulo, quod bona Ecclesie suæ velint absumere, cum sit delictum; l. dolus 6. C. de *dolo.* l. merito 51. ff. de *pro socio.* Menoch. *sup. n.* 1. Tertio, res immobiles Ecclesie aliis huic periculo esse subjectas, si Prælati & Capitulum perperam administrationis munus exerceant; nam si fructus dissipant, & alia quæ servando servari non possunt, disperdant, necesse erit ad alienationem immobilium, vel mobilium pretiosorum, ut Ecclesie necessitatibus subveniatur, pervenire.

Ex quibus omnibus manifestè deducitur, quod cum pecunia mutua Prælato, & Capitulo præsumatur in Ecclesie utilitatem conversa, potest res immobilis Ecclesie veniri, ut creditori, qui sic mutuavit, satisfaciat, licet non probet, pecuniam in utilitatem Ecclesie cessisse, prout, pluribus laudatis, resolvit Menoch. n. 13.

46 Secunda Panormitani, Molinæ, & anorum assertio impugnatur ex *authent. hoc jus porrectum.* C. de Sacrosanct. Eccles. civitas 27. ff. si *cert. petat.* & l. 3. tit. 1. part. 5. Quibus cavetur, Ecclesiam, & Civitatem, quæ quoad hoc æquiparantur, non teneri ex mutuo, nisi versio pecunie in earum commodum probetur; quod absque distinctione cautum est, & ita accipi debet, sive ex mobilibus, sive ex immobilibus debitum sit solvendum, ubi enim lex distinctionem non adhibet, nec nobis distinguere permittitur; l. non distinguemus ff. de *recept. arbitr.* l. de *pretio.* ff. de *Publiciana in rem action.* quod Faria addit, ad *Covar.* Tom. 1.

alibi à nobis notatum est.

Sed replicari potest, quod ex *istis* juribus etiam 47 distinctio Bartoli, de qua *sup. numero* 42. impugnatur; quandoquidem ea generaliter probant; mutuum teneri Ecclesiam reddere, dum non probetur ad ejus utilitatem esse consumptum; nec distinguunt, an Prælato soli, vel ei cum Capitulo mutuetur. Dicendum verò est; hanc interpretationem, seu limitationem eas leges admittere ex Legillatorum mente, quibus cordi fuit, Ecclesie; vel Civitatibus consulere, quæ si, ut sonant, forent observandæ, in earundem incommodum vertentur; quis enim vellet harum necessitatibus per mutuum subvenire, si ad repetendum, versionem in utilitatem probare cogere? Quam rationem aliud agens considerat Consultus in l. quod si minor 25. §. Non semper ff. de *minorib.* & Molin. *dist. disput.* 300. nu. 8. Maxime cum ea probatio sic difficilis, ut scripsit Bart. in d. *authent. Hoc jus porrectum,* nu. 17. Bald. in l. 2. C. Si *advers. creditor.* Menoch. de *presumpt.* lib. 3. *presumpt.* 55. n. 4. Inventa ergo est cautela, quæ & Ecclesie prospiciatur, ne Prælati ad libitum possint suæ Ecclesie conditionem deteriorare; & creditoribus, ut ab onere probationis difficilis liberentur: Prælato scilicet & Capitulo in mutui receptione concurrentibus. De hoc tamen consultus Menoch. *dist. cas.* 432. ex n. 17. ubi rectè probat, quod Prælati, idem; qui mutuum receperit, tenentur ex fructibus creditori satisfacere, etsi non probet, pecuniam in utilitatem Ecclesie expensam. Nec suam turpitudinem allegans audietur Prælati, si pecuniam male consumpserit, & sic quæ dicta sunt in hoc casu minime procedunt: cum qua limitatione vera est distinctio tradita *sup. num.* 42.

Ibi: *Tutius erit, mutuum pecuniam ab Ecclesia recipi.*

Adde. Hermosill. in d. l. 3. §. 2. n. 16. tit. 1. part. 5. ubi alij.

Ibi: *Extra hunc casum.*

D. Covar. accedit Rebell. de *obligat. justit.* lib. 8. quæst. 1. sect. 3. nu. 21. Sed admissa Bartoli doctrina, si pecunia Prælato & Capitulo credatur, Ecclesie auxilium restitutionis in integrum non denegabitur, si ipsa probet, ex mutuo suis necessitatibus; aut utilitati non esse consultum, nec onus probationis creditori incumbere, adversus D. Covar. hic, probant Menoch. d. *cas.* 432. numero 13. 15. Mascard. *conc.* 1165. n. 8. 25. Hermosill. nu. 8. 25. Trentacinq. *sup. n.* 3. Ant. Gom. qui in minore loquitur, *variar.* lib. 2. c. 14. n. 2. *vers.* Quintò, inferitur. Procedit tamen D. Covar. sententia in mutuantem cum usuris, in cujus odium statutum est, ut in hoc casu ad probandum, pecuniam in utilitatem Ecclesie conversam esse teneatur, ut probatur ex lib. 1. & 2. C. si *advers. credit.* quæ licet in minore loquatur, ad eam extenditur: quod docent Trentacinq. Hermosill. & alij; & in minore, Anton. Gom. *sup. Molin. ubi proxime,* n. 14. Sforcia Odd. de *integ. restitut.* part. 2. quæst. 51. art. 5. à numero 46. Aug. Barbof. in *collectan.* ad l. 1. numero 8. C. Si *advers. creditor.* ubi plures recenset, nec contrarium sentientes omittit, qui in minore affirmant, quod de Ecclesia D. Covar. in *presenti* docet.

*Vers. Qualiter autem probetur.*

Cum difficile probetur versio pecunie in Ecclesie utilitatem, ut proxime dicebatur; probatio nedum